Quelle: https://manuscripta.at/?ID=889
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Malina dicitur annalis luna. Ledo autem qui lesa unda.

luit ac resilit. Imitatur autem lune cursum mare. non solum communi ac
cessu et recessu. sed etiam quodam sui status profectu defectuque perenni. ita
ut non tardior solum quam pridie. uerum etiam maior minorue cottidie rede
at esse. et crescentes quidem malinas. decrescentes autem placuit appellare
ledones. quae alternante per septenos octonosue dies successu mensem inter se
quemque quadriformi sue mutationis uarietate distribuunt. Sepe quidem
equa utrique sorte septenis diebus ac dimidio cursum consummantes. sepe
uel uentis impellentibus aut repellentibus. uel alia qualibet accidente siue
naturali ui cogente tardius. ociusue uenientes. aut minus amplius ue
solito feruentes. ita ut aliquotiens ordine turbato malina plu
res sibi estus hoc mense pauciores uindicet malio. Unde utique mo
tus nunc uespertino nasci. nunc matutino consueuit in estu. Et siquidem
estu uespertino uel nouilunio. uel plenilunio instante. malinam nasci
contigerit. idem est cottidie per septem maline dies subsequentes fit ma
ior et uiolentior estu matutino. Similiter matutino si fuerit mali
na orta sub estu. matutinus iam maiori per dies contegit. equore terras.
porro uespertinus. finibus quos matutinus estus ceperat contentus. ultra cursum
extendere negligit. quamuis quibusdam in mensibus utrique est indissimili potentia
crementum perficit. Quanto autem plus est maior litora terrasque contexit et flu
uios. ac freta compleuit. tanto latius recedens eadem litora maris ex
haurire atque enudare consueuit. Unde uideat qui potest. an uerum sit quod
philippo teste ferunt quidam atque confirmant. illam immensam maris ocea
ni effusionem per omnium regionum ac patriarum fluuios terrarum. uno puncto
temporis fieri. Scimus enim nos qui diuersum britannici maris litus incolimus.
quod ubi hoc equor estuare ceperit ipsa hora aliud incipiat. ab estu de
feruere. et hinc uidetur quibusdam. quia recedens aliunde aliorsum
unda recurrat. rursumque relictis quos adierat (ubi prius erat) finibus. priores festi
na repetat. ideoque se ad tempus malina his litoribus abiens amplius
(i. denudet) abducat. ut abducat alibi adueniens amplius exundare suffici
at. Quod ex lune cursu potest facillime deprehendi. Ubi gratia hoc
mare posita circa brumalem solis ortum. uel solsticialem eius occasum. lu
na cuiuscumque etatis. siue super terram seu sub terra sit. estum solet attollere.
at (i. luna) posita circa brumalem solis occubitum. uel solsticialem eius exortum (similiter brumale)
reflectere. porro aliis in partibus mundi ab ea celi plaga recessum maris
luna quam hic signat accessum. non solum autem sed et in uno eodemque litore
qui ad borea mei habitant. multo me citius estum maris omnem. quo

nasci, nunc matutino consueuit in estu. Et siquidem estu uespertino.

quod bis in mense fit malina et bis ledo. quae quadrifariam diuidit mensem.

Non est glosa.
ortum uel solsticialem eius occasum. luna cuiuscumque etatis siue super terram seu sub terra sit. estum solet adtollere. ad posita circa brumalem solis